



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

caput primum. Excusatio auctoris quod sepositis paulisper saeculi nostri
rebus, Hussiticae haereseos historiam altius repetitam interponat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

- II. *Cardinalis Hosius Catholiceorum cum hereticis colloquia frustra impeditre conatur.*
 III. *Diaboli miraculum, in Anticristeriū cuiusdam corpus progressi.*
 IV. *De Andrea Dudithio Episcopo Quinquecelestiensi.*
 V. *De Iacobo Palaeologo eiusque vita & morte.*
 VI. *De Lutheranis, Anabaptistis, Calixtinis, & aliis hereticis qui in Polonia stabulantur.*

C A P V T XIII.

- I. *H E N R I C U S Valestrus ad Polonia regnum acerbitur.*
 II. *Poloni Catholicum volunt habere regem.*
 III. *Stephanus Bator Polonia Rex creatur.*
 IV. *Eius successor Sigismundus Suecus cum Maximiliano Austriaco de regno contendit.*
 V. *Societas Iesu in Polonia Collegia.*
 VI. *Minister Lutheanus Polonii nationis, Romam in Inbilao profectus, ad Catholicon fidem conuertitur.*

C A P V T XIV.

- I. *C H R I S T I E R N U S Rex Dania regno ejicitur.*
 II. *Eius successor à Protestantibus ad commune fedsu sollicitatur.*
 III. *Lutherus quo/dam sua farina theologos in Daniam mittit.*
 V. *Calvinismus in Dania gliscit.*
 VI. *De Norvegia regno.*

C A P V T XV.

- I. *G V S T A V U S Suecia regnum inuadit.*
 II. *Lutherus locum dat.*
 III. *Infamia Ecclesiasticorum coniugia, & mira consuetudinitas Religiosorum.*
 IV. *Gustavus religionem mutat.*
 V. *Eius miserabilis exitus.*

C A P V T XVI.

- I. *E ricus Gustavo succedit.*
 II. *Magicū studi artibus, & fratrem in custodiā dat.*
 III. *Post septem annos rursus dimittit.*
 IV. *De Ponto Lagardio, Gallo natione, militia praefecto.*
 V. *Ericus in nuptijs fratribus necem machinatur.*
 VI. *A Finlandia Duce comprehenditur, & regno exiuit.*

C A P V T XVII.

- I. *I oannes Rex Suecia Catholica religioni clam adiicitus.*
 II. *Lagardium ad Pontificem mittit.*
 III. *Quid eius conatibus obfiterit.*
 IV. *Infelix mors Lagardijs.*
 V. *Iohannis Regu dissimulatio.*
 VI. *Eius filius Sigismundus, Rex Suecia; paterno regno Ipolitus.*

EXCUSATIO AUCTORIS, QUOD
sepositis paulisper saeculi nostri rebus,
Hussiticæ hærefoes historiam altius
repetitam interponat.

LIBRI QUARTI.

CAPUT I.

ARGUMENTUM.

- I. *Lans Baronij veterum Hæresum origines & dogmata solide detegentia.*
 II. *Consilium auctoris.*

I.  *Q*UEMADMODUM vñctor feram in-dagans, vestigia eius diligenter obseruat, ac tamdiu & sua soletia, & o-adora canum vi ac sagacitate persequitur, donec ad ipsum færæ cubile ac recessum perducatur; sic mihi intendenter penetrare saeculi no-stri hæresibus perturbatissimi negotium, & cupi-pienti peccare, tanquam claræ in luce, cuiusdam partis cauſa sinceras niteretur fundamentis, & cum illa deprehendissem, eadem clarior alijs etiam proponere, ut & ipsi mecum agnoscerent so-lidam veritatem, ante omnia visum fuit utilissime me facturum, ut ipsas hæresum origines primas, uti venator, in dagerem Hoc vero agenti immen-sus apparuit labor, tanquam infinita silva ex-cienda, nimirum authentica documenta historia-rum, in præcedentibus saeculis à Synchronis au-thoribus, quibns tuto credi posset, conscriptu-rum, conquirenda & inter se se conferenda. Qui labor quem cordatissimum non deterret? me sane ita percusat eius magitudo, ut id molienti-videretur Dædalius quidam *Labyrinthus*, intricatis-simis & anfractuosis vijsita implexus, ut euade-re desperarem, obœculos versari, & tamen animo insidébat actis spes origines hæresum solide pe-netrandi, ut earum fraudes & insidias detegere, & inter eas vnam veritatem regnante possem agnoscer. O diuina prouidentia! dum hoc ago, dum angor prodit in lucem Filum, ut sic loquat, *Ariad-ne*, quo in penetrando illo Historiarum Labyrin-tho, uti Theseus ad recessus intimos Minotauri, securus ad Hæresum cunctarum prima cubilia pect-

Qq. 3;

per-

peruaderem. Hoc filum sunt *Annales Ecclesiastici à Caesar Baroniō*, illo literatorum Dictatore, & a certimo, veræ Antiquitatis, & Antiquæ Veritatis Vindice, cui admirabilis Scientia, & tot exquisitæ locubrationes, in præsenti sèculo Cardinalitiam purpuram, & in postero æternam gloriam meruisse pepererunt. Visis his Annalibus facile ex earum cum Magdeburgicis illis centonibus collatione clare perspexi, me nullo alio indagatore opus habere, ad secundum illum *aprum & singularem ferum* (vti scriptura loquitur) qui de Silvia vinearum Domini peruasat, è cubili suo excitandum, & canibus scribusque obiectendum, sed solum incumberet mihi vt quæ ille exauthenticis & certissimis monumentis demonstraret inspicios ad propositum meum applicarem, quod mihi ita cecidit vt inter prosperrima vitæ meæ euenta numerosos, id ipsum alijs contentissime suadeam, si fundum in Religionis dissidijs inspicio, vel si luā hanc imminentem penetrato velint. Occurrent hic Hæresiarchæ à temporibus ipsius saluatoris & Apostolorum eius exorti seductiones populorum, & cotundem per Apostolicam in S. Petro à Christo fundatam Ecclesiam profigant, semper Simon ille Magus, protopatens hæresiarchatus, ab ipso Principe Apostolorum Petro è lacbris in arenam atque è Syria in Romanæ Vrbis amphitheatrum protractus, & veluti *Novus Icarus*, ut cum gentiles historici appellant, è cælo prostratus, & membris contractis conquassatus ad Neronis palatum. Decegitur hic Manæder, Bajides, Saturninus, Carpocrates, Marcion, Tatianus, Montanus, Novatus, Paulinus, Manes, Eusebius, & alijs patre illo Simone digni filij. Et porro omnes vsque ad nostrum pene seculum Luciferi, & angulis ac recessibus suis, in quibus mirum in modum scel propagant, extracti & detecti, et si enim Magnus ille Historiarum auctor, etatem nostram scribendo non attigerit proxime, ea tamen fundamenta struit, quibus instantes & ductum lineameotorum eius sequentes, certissimam iudicis in caliginoso loco tanquam lucerna prælata perspicuum attingunt & usque possunt veritatem, nisi magis diligent teuebras, & vanitatem.

Equidem etiam illud in mentem mihi venit, ut illici amorem facturum me, si ea quæ illi morte preuentus non absoluera adiuva opera mea explorem, & ijsdem cum illo vultu religios reliquos ad nostrum vsque seculum errorum Magistros indagandoe utrem, mundoq; audios proponerem,

vt Adam, ut sic clarus appareret quomodo nostri sèculi tenebriores, olim sepultas heresies & à Romana Ecclesia obtiras, è fætidis monumentis suis rursus extraxisse. Verum hoc meditanti, post multos labores apparuit etiam idipsum adhuc esse opus plurima difficultate perspicum nec à me, ea quæ à Baronio cæptum est, gloria posse consumari, & occurrebat illud Virgilianum inventum: *In magno labori ut tenuis mea gloria.*

Quid enim ego posttautostanti viri, Baroni dico, labores allaturum me posse sperem, nisi interpretis munere, in Gallicam nostram linguam. Annales eius Ecclesiasticos vertendo, (quod ramen hominis potius est ocio abundantis, & at alijs curis & scriptioribus vacui) fungivelim. Quos quidem Annales nec legendi nec laudandi studio latius expleri queo, quid igitur agam? Meos ego labores minores vobis ego dico, quoquot accutatores scientias non attrigisti; non ut voluptate aliqua vos permalceam, sed ut commodo afficiam. At vobis, qui etiam cum vitæ dispendio gravioribus illis scientijs dies noctesque invigilatis, & quos

In libris oriens Sol videt atque cadens.

Vobis, inquam, ego suaserim ne meis legendis operam & oleum, in primis tempus, quo nihil vobis pretiosius est, perdatis. Habetis opulentissima illa & laboriosa scripta, Genebra di, Toleti, Baronii, Bellarmini, Valentinæ, Suarezij, Maldonati, & aliorum, à quibus omnia quæ cuncte ipsa prodere possit scientia consignata exstant. Evidem ab ortu hos meos cum felicibus istorum fetibus nequam comparandos censeo, in hoc elegantem illum artificem imitatus, qui quum gallum gallinaceum in tabula delineasset, ne viuum in officinam intritterent, suis edixit. Imperitæ quippe suæ conscientis, opus suum cum Naturæ, à cuius perfectio ne longe aberat, compacata metuebat.

II. Quare omisso illo maiorum virium instituto, historiam raurum carum quæ iñ hoc & proximo sèculo extiterunt, vel potius renatae sunt, hæresesque persequar. Inveniet hic Anglus VVicelphum suum, Bohemus Hussium, Germanus Lutherum, Gallus Caluinum, famosissimos præ proximiis retro sæculis hæresiarchas: è quibus et si duo hi posteriores potissimum totius huius mei operis sunt subiectum, illis tamen duobus in hoc IV. libro locus etiam aliquis certas ob causas dabitur. Quia enim hæresis persequenti omnes Christia-

nz, in quibus illa furoris sui vestigia tristitia reliquit, Regiones ac regna mihi obeunda sunt, ut quis in subgulis tam Republicæ quam Religionis status fuerit in elapo, & sit in hoc novi saeculi, nimirum anni MDC. initio, intelligatur: à prescriptis limitibus paullum mihi digrediendum est, & à Lutheru ad alios quoque veniendum. Pro uno Martino videbis hoc loco duos Joannis, qui proxime superiorum saeculorum Ecclesiam hereticis suis contaminauit: post quod tertius tandem longe illis deterior prodibit, qui magno nisu totam Ecclesiam demoliri aggressus.

Duo autem ergo istorum historiam accessamus. Licit enim ab Aenea Sylvio, Joanne Cochlaeo, (a) & alijs descripta extiterit; nobis tamen praecipua indequa ad institutum nostrum pertinere videbuntur, capita excerpta, & Lectori breviter propoundeda visa sunt. Nec inutilis, aut iniucunda erit nostra novis in quibusdam adjiciendis diligentia. Postquam enim precedentibus libris exorti in Germania schismatis, & in eadem admirabiles mutationes quas religionis inverxit mutatio, tum longam inde natum calamitatum seriem demonstravimus; reliquum est, ut idem in vicinis: & earundem miseriatur socijs, regnis & regionibus faciamus, ut quibus singulæ factionibus & dissidijs distractæ sint intelligatur. Erit, spero, lectori haec non iniucunda varietas, cui aliqui tandem sum sit in hoc theatro solam Germaniam cum Lutheru suo spectare. Quia vero prima heretico veneno infecta fuit Bohemia, age alterum hung Joanni Huslio, cui illa calamitates suas debet, in scena locum demus, Lutherum deinde quod hic demoliri cooperat, totum destruentem reproducamus.

QUOMODO VVICLEPHI HÆTesis in Bohemiam illata, & à Joanne Hussio propagata sit.

C A P U T II.

A R G U M E N T U M.

- I. De Joanne VViclepho Anglicano presbytero.
- II. Hereticis libri combusti, & quomodo VViclephi scripta rogum evaserint.
- III. Similitudo heresios VViclephisistica & Lutherana.

I. Artium quidam Magister turbas excitat.

V. Laudabilis Ecclesiæ consuetudo in prohibendis hereticis corum libris.

VI. Clementis VIII. littera ad auctorem, quibus ei hereticorum libros legendi facit potestatem:

I. Fuit in Anglia presbyter, parochia cuiusdam Gurio, Joannes VViclephus nomine, homo non vulgari eruditio, præsertim in Theologia quam profitebatur scientia. Hac ille sua quantumvis exigua doctrina inflatus Vigornensem Episcopatum ambiverat; non minus ignomiaose quam ambitione quem petiverat, repulsa. Hac ille repulsa irritatus, omnes vindicandi se occasiones circumspexit, more hereticis ab antiquissimis usque temporibus usitato, qui passione aliqua vehementer à via communis abacti deprehenduntur. Sic enim ob similem euangeliam Ecclesiæ sese subduxit Valentinus, ut Tertullianus exprobrat; sic Marcion, scribente Ephiphanius, sic Montanus, testante Theodoreto, sic Novatus, Sancto Ambrosio testé. Etiam quidem, eo quod Episcopatu indignum iudicatus fuerit, hereticum factum, Epiphanius scribit; (a) ut & Nestorium. (b) Paucos certe ab Ecclesia descivisse constat, qui non hanc clementitatem aliquius, quam illatam sibi videri volebat, infurit afam atriperint. Idem VViclephus fecit: qui quoniam Theologiam in Oxoniensi Academia profliteretur, irritatus, ut dixi, quoniam Ecclesiæ, à qua repulsa fuerat, auctoritatem, tum quosdam Catholicæ Fidei universali hactenus consensu receptos articulos in dubium revocare coepit; tanto maiori cum scandalo, quod ab omni heresio mafstro cum immunitis esset Ecclesia. Quo vero Regi doctrinæ suæ virus in tanto facilius instillaret, persuadere ei conatus est, ipsum Anglicanæ Ecclesiæ esse caput, nec, excepto uno Iesu Christo, aliud ipsi agnoscendum: qua quidem arte plerique omnes heretici tenet. Reges ac Principes in suam naßam per trahere induerunt, quo tamen ipsos illi ipsi turpiter exauthoratūt. Sed dogmata hæc vix à VViclepho spargi coepit, primum Nationali Anglie Concilio, deinde de Parisiensis; quæ patem ruminop habebat. Universitatis censura, tandem etiam Universalis Romæ congregati Concilij decreto, hereticos & impietatis fuere condēnata. Iustio quidem comprehēsuerat, sed quia pœnitentiā simulabat, iterum a in Historia Hussitica, a Heres. 24. b Theod. lib. 2. Epiph. Heres. 13.